



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno 483. Usque Ad Annum 561.

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1759**

**VD18 90117824**

§. 29. Joannes Patriarcha Constantinopolitanus. Dioscorus Alexandrinus.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66066](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66066)

Sæculum VI. qui Anastasio Imperatori a consiliis erant,  
A. C. 517. suaserunt, ut jam nihil moveret, quippe  
 discrimen imminebat a Vitaliano, qui  
 Anastasi perfidia incitatus bellum restau-  
 rabat. Itaque Joannes Patriarcha Jero-  
 solyma migrare non est compulsus.

## §. XXIX.

*Joannes Patriarcha Constantinopolitanus. Dioscorus Alexandrinus.*

*Theoph. an.* Interim novus Episcopus Sedem Con-  
 stantinopolitanam occupabat. Mace-  
*Theod. Lett.* donius Gangræ in loco Exilii sui e vivis  
 p. 565. Ni abierat, & sepultus est in Ecclesia S. Cal-  
 ceph. *Chr.* linici. Miracula defuncti intercessione  
*Theoph. an.* patrata crediderunt. Timotheus obiit  
 27. p. 140. quinta Aprilis an. 517. Agapito Consule,  
 postquam annis sex Constantinopoli se-  
 disset. In ejus locum tertia Paschatis die  
 id est 24. Apr. Joannes Presbyter ex Cap-  
 padocia ipsius Cellularius ordinatus est.  
 Ante ordinationem instante Imperatore  
 Concilium Calcedonense damnavit. At  
 populus magno tumultu petiit, ut Seve-  
 rum anathematizaret.

Eodem anno 517. Agapito Consule  
*Sup. §. 2.* Joannes Nicajota Patriarcha Alexandri-  
*Theoph. an.* nus Hæreticus defunctus est, postquam  
 p. 139. Sedem hanc tenuisset annis decem. In  
 ejus locum electus est Dioscorus junior  
 Timothei Eluri nepos. Quia vero eum  
 Magi-

Magistratus constituerant, populi in agris Sæculum VI.  
 habitantes ab ejus Communione abstinu- A. C. 517.  
 erunt, quod dicerent Episcopum non alia  
 ratione, quam secundum Canones Apo-  
 stolorum ordinari posse. Igitur Diosco-  
 rus ad Ecclesiam S. Marcii se contulit, quo  
 convenientibus Clericis secundo ordina-  
 tus est, tumque in Ecclesiam S. Joannis  
 ad operandum Sacris transiit. Theodo-  
 sius Callopii filius Ægypto Præfectus &  
 Acacius copiarum Dux aderant, cumque  
 populus audiret Præfectum Imperato-  
 rem Anastasium laudantem ira commo-  
 tus convicia in ipsum ingerere cœpit,  
 multique eo furoris abrupti sunt, ut Præ-  
 fecti filium e sella sua raptum occiderint.  
 Acacius reos, quotquot comprehendere  
 potuit, interfici jussit. Cum deinde Ale-  
 xandriam nuncii advenissent, Imperato-  
 rem iracundia ardere, missus est Diosco-  
 rus Patriarcha, qui incensum Principis ani-  
 mum mitigaret. Catholici existimantes  
 ipsum venisse, ut contra Fidem aliquid  
 moliretur, palam Episcopum insecati  
 sunt. Ipse placato Imperatore protinus  
 viam domum relegit. Sub idem tem-  
 pus certe regnante Anastasio Immirenia-  
 ni Persis subditi ad Fidem conversi sunt.  
 Hi populi ultima Arabiæ, qua Meridiem  
 spectat, incolebant, & iidem, qui Home-  
 ritæ dicebantur, esse creduntur. Illam  
 Gentem Regina Sabæ olim ad Religionem  
 Judæo-

Theod. Lett.  
Lib. 2. p. 567.

**Sæculum VI.** Judæorum converterat, & lapsu tempo.  
**A. C. 517.** rum ad Idololatriam reversi erant, tunc  
 vero suscepta Fide Christiana volentibus  
 Episcopus datus.

### §. XXX.

#### Concilium Epaunense.

**Marii Chr.** In Gallia Gundebaldus Rex Burgundio.  
**Agobard.** num anno 516. Consule Petro dece.  
**advers. Leg.** dens Successorem reliquit filium Sigis.  
**Gond. Ado.** mundum a S. Avito Episcopo Viennensi  
**in Chr.** anno superiore Florentio & Anthemio  
 Consulibus ad Fidem Catholicam con-  
 versum. Hic Princeps Monasterium

Agauniense seu S. Mauritii Valesiorum  
 ædificaverat; nempe Ecclesiam extru-  
 xit, & datis fundis Monasterium locuple-  
 tavit, quod jam prius extiterat, cum Clo-  
 doveo regnante S. Severinus ibi Abbas fu-  
 erit. Rex Sigismundus multos fundos in

**Sup. §. 5.** diversis suarum Ditionum Provinciis si-  
 to. 4. **Conc.** tos, (nam sexdecim numerantur) contu-  
 p. 155. lit. Ut magnus ibi esset Monachorum  
 numerus, ex aliis Monasteriis evocati, &  
 in plures greges divisi, qui alternatim  
 cantabant, nam Psalmodia n perpetuam  
 instituerunt. Hymnemundus toti Com-

**Edit. Sirm.** munitati præerat. S. Avitus Dedicatio-  
 p. 158. ne novi Monasterii ad populum dixit.

Sub initia Regni Sigismundi, eoque  
 haud dubie consentiente, S. Avitus Epis-  
 copos suæ Provinciæ Concilium Epauni,  
 quam